

dimittere eum. Iudei autem clamabant
 dicentes. Si hunc dimittis non es ami-
 cus cesaris. Omnis enim qui se regem
 facit contradicit cesaris. Pilatus ergo
 cum audisset hos sermones adduxit
 iesum foras et sedit pro tribunali in
 loco qui dicitur licostratos: hebraice
 autem gabatha. Erat autem parasce-
 ue pasche hora quasi sexta. Et dixit iu-
 deis. Ecce rex vester. Illi autem clama-
 bant. Tolle tolle crucifige eum. Dixit
 eis pilatus. Regem vestrum crucifi-
 gam. Responderunt pontifices. Non
 habemus regem nisi cesarem. Tunc
 ergo tradidit eis illum ut crucifige-
 retur. Susceperunt autem illum et
 adduxerunt eum et hauians sibi cruce-
 exiuit in eum qui dicitur caluarie
 locum hebraice autem golgotha ubi eum
 crucifixerunt. Et cum eo alios duos
 hinc et hinc medium autem iesum
 Scripsit autem et titulum pilatus
 et posuit super cruce. Erat autem scrip-
 tum. Iesus nazarenus rex iudeorum